

Smaastykker.

I.

Et latinsk digt af biskop Jens Andersen (Beldenak).

Ved biblioteksassistent *Carl S. Petersen.*

Under en gennemgang af den trykte katalog over håndskrifterne i universitetsbibliotheket i Göttingen (*Verzeichniss der Handschriften im Preussischen Staate. I. Hannover. 1-3. Göttingen. 1-3. Berlin, 1893—94*) stødte jeg i beskrivelsen af *cod. Theol. 162*, et blandingshåndskrift fra midten af det 16de århundrede indeholdende »*Varia scripta ad historiam ecclesiasticam pertinentia*«, på følgende notits (2, p. 393): »Bl. 211 b »*Casus episcopi Datiae capti et liberati postea, descriptus carmine a. 1532*«: Erzählung des antistes Johannes Feionianus (Jens Andersen Beldenak, vgl. *Dansk Biogr. Lexicon* udg. af Bricka I 242) über die ihm von Christoph Rantzau zugefügten Misshandlungen »*Mille et quingentis annis binisque triginta*«, 68 Hex.; ein anderes Gedicht von ihm desselben Inhalts (in Distichen) ist gedr. in *Langebek's Scriptorum rer. Dan. VIII (1834) S. 527*«. Ved velvillig imødekommenhed fra biblioteksmyndighedernes side i Göttingen erholdt jeg håndskriftet herop og meddeler nedenfor digtet, der hidtil har været ukendt, og som ved at være forfattet af en af vor reformationstids mærkeligste skikkelser vel kan påregne nogen interesse, selvom det egentlig ikke kan siges at give ny oplysninger om det bekendte rå overfald, der af Christopher Rantzau til Qvarnbek øvedes mod den gamle og svagelige mand til hævn for Otto Porsfelds drab i Odense 1504, — ud over den bestemte angivelse af året, i hvilket overfaldet skete. Ganske

vist anfører udgiverne af den nævnte tome af *Scriptores*, hvem de nyere forfattere følger, p. 527 note 3, Huitfeldt som hjemmel for, at overfaldet fandt sted 1533; men dette år findes i virkeligheden ligeså lidt hos Huitfeldt som hos andre ældre kilder, der som Svaning og Hamsfort omtaler begivenheden; det ses kun, at den må have fundet sted endnu i Frederik I's levetid.

Digtet, der er skrevet af en hånd, som ellers ikke forekommer i håndskriftet, optager de tre sidste sider af et folioark, der, før det blev indsat i håndskriftet, tydeligt nok har været foldet sammen i oktavformat. Jeg gengiver det, som det foreligger, idet jeg kun har opløst forkortelserne og tilføjet skilletegnene samt rettet et par åbenbare skrivefejl.

Causus Episcopi Datę capti et liberati postea,
descriptus Carmine Anno 1532.

Mille et quingentis annis binisque triginta,
Posquam vera salus per Christum contigit orbj,
Hec que dicemus sunt gesta nefanda peracta,
Talia, cuiusvis que vincunt facta tyrannj,
Nec vero nimium tecum mirabere lector,
Vatibus vt mos est nec nos¹⁾ confingere quicquam
Censebis, credes sed que legis omnia certa.

Est in Danorum regno Feionia dicta
Insula diues opum, pelagi que clauditur undis.
Huc se nauigio multis comitata ministris
Gens holsatorum celebri de stemmate Rantzow
Contulit, indignum facinus factura nepotum
Sanguine. Nam subito media sub nocte silenti,
Corpora iucundo cum fessa sopore fruuntur,
Thossingam inuadunt. Domus est Cherstrupia²⁾ capta

¹⁾ Skrивeren har først skrevet: *nec mos est*, derpå overstreget *est* og rettet *mos til nos*.

²⁾ Cherstriglia, hs. cfr. S. R. D. VIII 527: Cherstrupia. Kjerstrup gård på Tåsinge, hvis voldsted endnu er kendeligt $\frac{1}{4}$ mil syd-vest for Valdemars slot, forbeholdt Jens Andersen sig, da han den 24. marts 1529 oplod sit stift til Knud Henriksen Gyldenstjerne.

Disiectis per vim foribus; tum quicquid vbique est
 Diripitur, serui statim capiuntur et omnes.
 Posthec grandeuus Presul, miserabile visu,
 Qui iam carpebat per membra senilia somnum,
 Conclauis effracto rapitur nudatus et eger
 Corpore protrahitur, misere torquetur et omnes
 Sustinet insultus hostiles, fune ligatus
 Ilico subductus defertur ab hoste per equor.

Holsatas posquam traiectus venit in oras,
 In nemora et lucos desertos fertur et illic
 Viuere sub gelido stellarum cogitur axe,
 Donec luna suo cursu bis terque resumpsit
 Cornua. Translatus posthinc seruatur agresti
 Ruricolæ tecto; quoties duxere per arua
 Et loca vasta nimis, ne quid cognosceret vsquam,
 Esset vbi, cuiquam posset vt acta referre,
 Lumina clausurunt¹⁾. Ex omnibus attamen unus
 Christopherus Rantzow crudelior extitit illi
 Inuentor scelerum tantorum, vt posceret aurum²⁾.
 Eloquar an sileam! poenis adfectus ab illo
 Sum varijs, grauiter nimium mea viscera strinxit,
 Nec satis hoc, verum dentes et brachia, nasum
 Palmas atque pedes lacerat cruciatibus; adde
 Quod dictu fedum, scelus o, genitalia membra
 Præsulis haud puduit torturis tradere diris.
 Ex capite elisi dentes, gingiua senilis
 Vix herere suo potuit discerpta palato.
 Porro testiculus ruptus mihi decidit alter.
 Acciderit quomodo, breuiter sic accipe lector!
 Testiculus femorj religatur fune tenacj,
 Ad crus ui magna distractus labitur vltro.

¹⁾ I S. R. D. VIII 527 udtrykkes det samme således :

Excæcatum me quoties duxere per arua,

Ne quid contra reos forte probare sciam.

²⁾ I et brev af 27. august 1534 (Kalkar, Aktstykker henhør. til Danmarks Hist. i Reformationstiden, p. 29) siger bispen, at han slap fri ved at betale »quatuor millia monetæ Lubecensis marchorum.«

Cetera quid referam? testantur singula membra,
 Supplicij casus quam sint tentata per omnes¹⁾.
 Quis memorare potest, mihi sit quam sepe minatus
 Interitum iugulo imposita mucrone corusca²⁾?
 Iam colaphos taceo duros ictusque frequentes
 Quos sine fine meo crudeliter intulit orj.
 Post tergum iunctis manibus super amne vehebar;
 Sex quos pollicitus fueram, mirabile dictu,
 Fata peremerunt acres inopina caballos³⁾.

Pertulit Antistes Ioannes Feionianus
 Hec mala, commeritus nihil vnquam tale, sub ipsum
 Extremum vitę tempus; quamquam dolor ingens
 Me premat insontem, tamen hec quę conscia recti
 Mens est mirifice mihi nunc solatia prebet.
 Quin precor, illorum velis vt misererier vltro,
 Optime Christe, huius mihi qui sunt causa doloris.
 Omne nefas odisse soles, deus vltor acerbus
 Es scelerum atque moram poenę grauitate rependis.
 Certe ego sum promptus vel nulla lege coactus
 Tradere confestim quę mandant publica iura,
 Defensare suam causam violentia summa est
 Sic vt esse velis Iudex simul actor et jdem.

¹⁾ Også i det nævnte brev taler bispen om, at hans legeme bærer mærker af de lidte mishandlinger.

²⁾ imposita mucrone corusca, sål. hs.

³⁾ cabollos, hs.; S. R. D. VIII 528 har her:

Post tergum manibus super amnem fune ligatis,
 Sed sex promissis mors mala cessit eqvis.